

DISSERTATIONIS ACADEMICÆ,
DE
LIBRIS DEPERDITIS in S. V. T. CODICE
CITATIS,

Particulam I.

CONS. AMPLISS. FACULT. PHILOS. ABOËNSIS,

Publico examini modeste offerunt

JOHANNES ADAM EDMAN
Philos. Mag.

ET

RESPONDENS

CAROLUS DETTLAV. SIPELIUS

Stip. Publ.

Tavastense

In Auditorio Medico die I:o Junii MDCCCLXI.

Horis a. m. consuetis.

ABOË, Typis FRENCKELIANIS.

FÄLTKAMERERAREN

HÖGÅDLE

HERR DANIEL ITHIMÆUS

Tillägnas värdfamt dessa blad — såsom en svag erkänsla för välger-
ningar i som är åtnjutne — af

DESS

Edmjukafte tjenare

JOHAN AD. EDMAN.



PROOEMIUM.

Diversam diversis temporibus, prout ævi tulerit gustus, notionem obtinuisse *Canonis*, neque adhuedum inter eruditos, quid voce ista intelligendum, quinamque libri *Canonicis* annumerandi, convenire, quisquis Theologorum & Philologorum opera vel primoribus, ut ajunt, labris prægustaverit, facili concedet negotio. Missis vero primitivis, quas recitare solent Lexicographi, vocabuli notionibus, significationi quam plurimis probatae, qua scilicet per *Canonem Catalogus Hymnorum & librorum ad publicos in sacris usus destinatorum* intelligitur, tanto magis adhæremus, quod, hac admisa, animi dissentientes facilius conciliari posse videantur, quamvis & de numero librorum in hunc Catalogum exceptorum diu multumque sit disputatum (a). Si

A

enim

a: Cfr. SVICERI *Thesaurus Ecclesiasticus* sub voc. Κανών;
J. CH. WOLFII *Biblioth. H̄br.* P. II. Sect. I; CH. FP.

enim FLAVIUM JOSEPHUM (*b*), aliosque hac in re arbitros spectes, omnes fere in eo conspirare, quod viginti & duo libri canonica auctoritate donati fuerint, animadvertes; sive originem hujus computandi rationis e numero litterarum Hebraicarum (XXII), sive aliunde, de quo quidem haud multum ambigamus, repetas (*c*). Sequiori vero, Thalmudistarum puta

SEHMIDU *Historia Antiqua & vindicatio Canonis V.* &
N. Test. p. 30. J. G. EICHHORNIT *Einleitung ins Alt. Test.*
3 verb. Augs. 1804. Th. I. p. 69 seqq. it. RICHARDI
SIMONII *Histoire Crit. du Vieux Test.*, cuius quidem (p. 55)
de libris Canonicis a Vulgari multum abhorrentem opi-
nionem hic adscribere placet: "Il g a bien de l'apparen-
ce, que les Juifs au retour de leur captivité, firent un
choix des Mémoires, qui leur resloient, dont ils donnerent
une partie au Peuple & garderent l'autre partie dans leurs
Archives. Ils appellerent cette première partie qu' ils ren-
dirent publique Ecritures Canoniques."

b) Libro I. Contra Apionem §. 8. edit. HAVERC.

*s) Quam diverse in hac parte cogitaverint Judæis in primis
opinionibus imbuti, videre licet e recensione EPIPHANII,
de pond. & mens. p. 161. Ed. PETAVII ita habentis:
Εικοσι ἑπτα βιβλοι αἱ ἡγεται καὶ εὐδιάθετοι, εικοσι δὲ καὶ
δυο κατα την τα Ἀλφαβητα πας Εβραιοις συχειωσιν α-
ριθμουμεναι ημηνευδησαν. Εικοσι γαρ καὶ δυο εκκλησι συ-
χειων νομικατα πεντε δε εισιν εξ αυτων διπλουμεναι — Διο
καὶ αἱ βιβλοι κατα τετον τον τροπον εικοσι δυο μεν αριθ-
μηνται, εικοσι επτα δε ευρισκονται, δια το πεντε εξ αυτων
διπλουδαι.*

puta, ævo, libros XXIV. Canonicos numerare placuit; aut quia litterarum hebraicarum numerum elementis Græcorum adæquare, aut etiam, ut haud paucis est visum, quod vesana libidine Nomen *Jehovæ* tribus ejusdem generis elementis exprimendi capti, Alphabetum suum duobus litteris novis auctum, numerumque librorum laudatorum eidem conformem reddere voluerint, quæ vero omnia pluribus persequi non refert (*d*). Illud tamen prætereundum non est, hypothelin, quam nuperrime proposuit Cel. NACHTIGALL (*e*), novam in canone dijudicando lucem adspergere. Rejecta scilicet antiqua ista librorum Sacrorum, non modo in *Historicos*, *propheticos* & *poëticos*, sed & *Canonicos* & *Apocryphos*, divisione, omnes libros biblicos Vet. Codicis in tres classes dispescendos urget Cel. Vir: in libros puta immediate e conventibus Sapientum Judæorum, quos Scholis Prophetarum (*f*), per longam

A 2

anno-

d) Cfr. JOH. H. HOTTINGERI *Thesaurus Philologicus I. Clavis Script.* Edit. Sec. p. 102.

e) Cfr. *Dissertatio Ueber die Weisenversammlungen der Israeliten in Eichhorns allgem. Biblioth. für biblischæ Litteratur IX Tom. III St. p. 581 seqq.* itemque recensio libelli in GABLERI *Neustes Theol. Journæl IX. B.* p. 157 seqq.

f) En judicium viri Ingenii subacti STÄUDLIN (*Geschichte der Sittenlehre Jesu* Erst. B. p. 205). "Durch diese An-

annorum seriem penes Judæos vigentibus, Samue-
lis vero ævo novam quasi formam, scientiarum litt-
erarumque maxime humaniorum emolumento indu-
entibus, æquiparat, profectos: In libros dein ortum
suum mediate conventibus debentes laudatis: & de-
nique in libros, quos ex Annalibus antiquioribus,
amplioribus & in Archivis caliginosa pressis nocte,
Sacerdotes collegerunt & in lucem ediderunt. —
Cave autem erendas, tempus, edax rerum, singulis
ingenii Judaicæ perpeccisse monumentis. Quamvis
enim jam inde a Patrum ævo agitata sit quæstio
multis tricis impedita, an libri quidam in Canone
excepti perierint (g); in confessio tamen est, quos-
dam,

*stalt erhielt die Nation einen neuen Schwung, der Cultus
bey dem heiligen Zelte wurde lebendiger und röhrender,
er wurde durch Gesang und Musik belebt, eine Guldene
Periode der heiligen Dichtkunst wurde vorbereitet, talent-
volle Jünglinge wurden ausgezeichnet und die edelsten Kräf-
te und Fähigkeiten bey ihnen entwickelt, es wurden Männer
gebildet, welche bald im erhaben'n Orakeltone die Mo-
ral vortrugen und die Sitten richteten, bald in Hymnen
moralische Empfindungen ausdrückten.” Cfr. quoque Exe-
getisches Handbuch des Alten Testaments III Stück p. 5 f. qq.*

g) SCHMID I. c. p. 119. nodum huncce ita solvit: “Ipsa
“commemoratio in scriptis propheticis & Apostolicis facta,
“non statim probat divinam originem libri veteri, cuius
“verba afferuntur: Sed videndum est ante omnia, an
“istius generis locis insint vestigia, unde colligi possit,”

— 6 —

dam, de quibus in S. Codice fit mentio, desiderari.
In animum itaque induximus, juveniles nostras in
libris hisce deperditis, quatenus in Veteri citentur
Testamento, recensendis periclitari vires: tuum, B.
L. æquum & mite judicium, omni qua par est ob-
servantia expertentes.

Antiquitatem Judaicam fere omnem & Christi-
anam in eo convenisse, Mosen auctorem suis
narrationum in Pentateucho exstantium, scriptaque Mo-
saica, qualia de ejus Manu, cuius præ se ferunt no-
men, profecta sint, ad nostram pervenisse ætatem,
inter omnes constat. Sublimioris autem ope criseos,
saniorisque & magis tersæ exegezeos adminiculo,
jam suo ævo, VITRINGA (*h*) & RICH. SIMON (*i*),
mem-

"Scriptorem sacrum libro, cuius meminit, auctoritatem
"divinam tribuisse. Vet. Test. Prophetæ nominant sui
"temporis lectoribus annales judaicos, aliasque libros,
"amplius super argumento, de quo scripserant, conferen-
"dos: quos, si propterea divinos credideris, quod in li-
"bro divino eorum facta sit mentio, eundem cum scripto-
"ribus illis ecclesiasticis erraveris errorem, qui divinum
"Enoci librum comminiscerant propterea, quod S. Judas
"in Epistola catholica Enoci Vaticinium commemoraverit."

h) Observat. Sacrar. L. I. p. 33.

i) l. c. L. I. c. 5.

membra aut frusta diversorum Scriptorum, in unum quasi corpus collectorum, dignoscere sibi visi sunt, &, quæ cuique fragmento dicendi ratio familiaris esset, definiri posse, suspicarunt; adeo ut quisque Narrationum variarum Compilator, pro Ingenio suo & lubitu, aliam atque aliam, cognationis vinculo junctam, pericopam e Commentariis aut sic dictis ephemericibus librariorum publicorum (R. SIMONIO adamata propria sententia), quibus res gestas exponere datum fuerit, selegerit & in sacrum inseruerit textum. Recentioribus vero temporibus hanc rem extra omnem posuere dubitationis aleam vi-ri, acerrima ingenii acie instructi, ASTRUC (*k*), EICH-
HORN (*l*), & ILGEN (*m*); quorum vestigia premit turba asseclarum & commentatorum non numeran-
da, Genesim in primis e diversis fragmentis vetustis esse conflatam. Quum vero nullum revera in tota Genesi librum, ex quo sua hauserit monumenti hu-
ve-

k) Conjectures sur les memoires Origineaux dont il paroît, que Moysé s'est servi pour composer le livre de la Genèse.

l) l. c. P. II. p. 292 seqq.

m) Die Urkunden des Jerusalem. Tempel archivs in ihrer Uhrgestalt von C. D. ILGEN. Cfr. quoque GABLERS N. Th. Journal B. IX. p. 513 seqq. & B. XII. p. 80 seqq. It. BERGERS Prachtische Einleitung in das Alte Testament. Erst. Th. p. 5 seqq.

jus celeberrimi Auctor, Compilator aut quidecumque velis, citatum offendere liceat, non est, ut his conjecturis, quantumvis ingeniosis diutius immoremur.

Præstat igitur recensionem jam aggredi librorum
Vet. Test. quos nobis, ex eruditorum calculo, invi-
disse videtur temporum injuria.

כתב זאת Librum quendam depertitum verbis: אָבוֹרֶזְכְּבָסְפִּי וְשׁוֹם בָּאַזְבִּי יְהוֹשֻׁעַ כִּילָחָה אֲמָחָה הָא
Exod. XVII: 14. obviis in-
nui, nonnullis est visum; quippe quod antiquiores
Commentatores Judaici, tantum non omnes, librum
quendam Chronicorum vel Bellorum Domini de quo
Num. XXI. 14, hic indigitari putent. Quæ quidem
fententia neque HERDERO (*n*) displicuit, putanti
scilicet, in memoriam victoriæ de Amalecitis re-
portatae, librum Bellorum Jehovæ a Mose fuisse
exorsum. Cujus quidem hypotheseos originem
e verbis: כִּי־יד עַל־כָּס וְהַ מְלָחָה בְּעַטְלָק
comm. 16. obviis, haud inepte repetas. Ut enim
taceamus, CLERICUM (*o*), littera כ in נ, ut haud ra-
ro

n) *Vom Geist der Ebraischen Poësie* Th. II. p. 243.

^{o)} Cfr. E. FR. C. ROSENMÜLLERI *Scholia in V. Test. I. c.* & J. D. MICHAËLIS *Neue Orientalische Bibliothek St. III.* p. 195.

ro per negligentiam Scriptorum reperitur, mutata, sensum loci hujus valde obscuri dedisse accommodatissimum, ipsamque verborum constructionem ab Herderiana illa explicandi ratione abhorrere, viorum (*p*), quorum judicandi acumen totus veneratur orbis eruditus, industria indefessa probabile factum est, Mosen nonnisi *ספר תורה* manu sua exaratum reliquise. Sententiae igitur quam recentiores præsertim sequuntur, ad stipulari liceat, locum nostrum ita explicantes: Deum Mosi mandasse, ut pugnam laudatam, commentariis insertam publicis in memoriā posteris proditam curaret, & Josuam spe hostium olim extirpandorum consolaretur (*q*).

ספר הקריית, cuius mentio Exod. XXIV: 7. facta est,
pro-

p) Cfr. GABLER *l. c.* B. XII, p. 287.

q) Haud omittenda tamen videtur sententia Illustr. MICHAELIS locum nostrum ad leges de hostiis libris hæreditatis referentis. Ita enim audiunt verba ejus in Libro *Mos Recht* Erst. Th. p. 363: "Die Amalekiter hatten die Israeliten unvermuthet angefallen: Josuas schlägt sie, allein er kann sie nicht weiter verfolgen: Moses macht daher ein Gesetz, dass diese Beleidigung, nicht vergessen seyn, sondern mann, so bald man könne, dis räuberische Volk vertilgen solle. z B. *Mos.* 17: 8-14. Er erneuert das Gesetz s B. *Mos.* 25: 17-19. und nach etlichen Jahrhunderten muss Saul wirklich diese Rache üben, i *Sam.* 15." Sensa vir antiquiorum hoc de loco sciscitans adeat WOLFİUM *l. c.* Tom. II, p. 213 seqq.

ximum in disquisitione nostra sibi arrogare videtur locum. Quamvis enim librum quendam deperditum ne hic quidem commemorari demus; nonnullis tamen Interpretibus contra sentientibus, aut saltem dubitantibus, vel verbo locus hicce videtur attingendus. Præeuntibus itaque ceteris sanioribus observamus, peculiarem aut a Pentateucho diversum hic minime respici librum, sed illam ejus partem, qua præcepta moralia atque mandata politica & ecclesiastica populo Israëlitico inculcata summatim recensentur. Neque dubitamus fidem facere RICH. SIMONIO (r), qui per *librum fœderis* nostro loco citatum omnia mandata & statuta intelligit, quæ Exod. C. XX usque ad v. 4. Cap. XXIV. a Mose litteris consignata memorantur, quibusque totus populus, Dei supremi, fulgure & tonitru apparentis, adventu perterritus, unanimi voce fertur acclamasfe (s).

סְפִי מָלֹחַת הָזֶה Num. XXI: 14. Librum quendam in Codice V. T. haudquam superstitem, bello
lorum

r) I. c. p. 42. Cfr. quoque MICHAËLIS I. n. c. §§. 69, 70.

s) *Librum tamen fœderis cum verbis legis* (רְבָרֵי הַתּוֹרָה) Deut. XXVII: 1 - 8. secundum Mandatum Mosis, post transgresum Jordanis in lapidibus incidendis, cave confundas; sciendum namque est, voc. סְפִר antiquiori saltim ævo, nunquam de monumentis e loco non movendis usurpari, sed aliquid, facilitiore tollendum negotio & avehendum, significare.

lorum Domini s. Jehovæ, respicere, adeo certum est & Veterum Interpretum, *Samaritani*, LXX (qui εν βιβλιῳ πολεμος τε κυριος habet, quasi legislet νοτίων), *Syri*, Aquilæ &c. auctoritate comprobatum, ut de ea re dubitare poterit nemo; licet de cætero nullum fere in Scriptis Mosaicis, tam multis implicatum difficultatibus, ex ipsis MICHAËLIS (*i*) testimonio, occurrere locum, facile credideris. De auctore vero libri haud parum eruditos inter certatum est atque disputatum. Praeunte tamen MICHAËLIS, librum hunc Cananiticæ aut Amorreæ fuisse originis, plerique contendunt Interpretes. Licet vero negari non poterit, verba auctoris cuiusdam indigeni, ad fines, quorum in testimonium noster allegatur liber, describendos & definiendos, utramque facere potuisse paginam, admirationem tamen hoc pacto subeat, qui factum sit, ut Auctor Canaanæus, qui hostili sine dubio in Judæos ferebatur animo, suum inscriperit librum *Bellarum Domini vel Jovæ*. Quod si autem concederemus (*ii*), vicinis populis, commercio licet cum populo Israëlitico alienis, haud igno.

i) Eine Stelle, die verdächtiger und unverständiger aussieht, als diese, findet sich in der ganzen Büchern Mosis nicht. Der muß starken Glauben an den Masoretischen Text haben, der glauben kann, daß die Worte völlig wie sie hier liegen, von Mosis hand sind. N. Or. Bibl. III St. p. 234.

ii) Videbis ROSENMÜLLERI Scholia in hunc locum.

ignotum fuisse, eorum Deum a suis cultoribus vocari *Jehovam*, vix ac ne vix quidem ad fidem prounum esset, Auctori Cananæo placuisse, ingenii sui fœtum ad theologiam hostium sibi infestissimorum componere, nisi numen eorum deridendum propinare voluisset, quo quidem pacto Moses librum illum haudquam allegasset. Ex altera vero parte, Mosen ipsum libri scriptis laudati auctorem esse, HERDER (v) quique eum sequuntur, conjectere. Sed huic maxime obstat sententiae, non modo ridiculum videri, si Moses Numerorum Auctor, ad asserta sua confirmanda librum a se confessum, alias incognitum, allegasset, sed & ipsa verborum singulorum structura consiliumque, quæ aliam quidem postulant Interpretationem. Nihil itaque impedit, quominus canticum quoddam, cujuscunque demum auctoris, libro bellorum Jovæ innui, Mosenque illius, utpote tum temporis omnium forsan triti sermonem, non solum mentionem loco nostro injecisse, verum etiam fragmentum qualedemumcunq;e, in fidem dicendorum, dedisse, statuamus; satis enim superque docet EICHHORN (x), in Scriptis Mosaicis

B 2

frag-

v) Als Moses Nothgedrungen den Amalek schlug, sing er ein Buch der Kriege Jehovas an, das auch späterhin fort gesetzt wurde; nur einige poetische Stellen sind uns daraus übergeblieben. l. c. Th. II. p. 245.

x) l. c. Th. II. p. 310. "Die Urkunde mit dem Namen

fragmenta carminum, incerti ævi, auctorumque incertorum, saepius occurrere. Immo in hoc ipso, quod tractamus, Numerorum capite, fragmentum carminis cuiusdam citari patet e versibus 27.30 (y).

סִפְר הַיּוֹשֵׁר memoratur Jof. X. 13. & II Sam. I. 18. Quid vero continuerit hic liber, de eo quidem, & antiquiores & recentiores Interpretes, prout vocabulum הַיּוֹשֵׁר hinc vel illinc derivarint, toto cœlo habe-

Jehova belegt ihre Erzählungen so oft es möglich ist, mit Liedern, den ältesten historischen Denkmälern aller Nationen. Ihr gehört das schöne Lied Lamechs über die Erfindung des Schwerts in seiner Familie (Gen. IV: 24); Ihr die Anfangssrophe auf Nimrod (G. X: 9); der Fluch Noach als Beleg zur voranstehenden Nachricht von der Erfindung des Weinbaus (G. IX: 25-27); das Orakel von der Geburt Jesu und Jacobs (G. XXV: 23) und um noch ein schönes Stück, Zu nennen: der Schwanen Gesang des sterbenden Jacobs (G. XLIX)."

y) LXX מִשְׁלִים I. c. per αναγρατικά reddit. Cum tamen apud Arabes مَتْوَل̄ sint versus eximiū haud injuria, vi cognitionis harum linguarum, מִשְׁלָוֹת Poetas, e quorum carminibus fragmentum mox sequitur, significare, dilucide patet, licet HERDER I. c. hæc quoque ad Librum Bellorum Domini a Mose confectum referat. Plura vide apud LOWTH De Sacra Poësi Hebreorum. Edit. Gotting p. 80. & ROSENmüLLER ad hunc locum.

habemus dissentientes (z). Senfa tamen illorum in duas commode referre poteris classes. Ducto scilicet vocabulo יְהוָה a Rad. יְהָה redditus, planus fuit, recta processit, Sepher Hajas, har per librum Rechi vertunt LXX (verboram quidem versionem Jos. X, 15. omittens, II Sam. I, 18. vero per βιβλιον το ευτερον reddens), Arabs, Vulgata, Luther ejusque proximi asseclae. Utrum vero jura, præceptaque moralia, an facta quædam liber iste exposuerit, neque in eo conspirant Interpretes. Illum explicandi modum sequentes, librum huncce juridici fuisse argumenti, legesque stilo sententioso, sive mensura metrica, compositas, quales SOLONIS, CHARONDÆ cet. (a) continuaisse, conjectura nescio quidem probabili statuerunt. Neque alter explicandi modus, quem HERDER a vocabulo allato elicere voluit, omniam satisfaciet postulatis. Putat nimirum Syllogen factorum heroicorum, sive in bello feliciter gestorum, libro hocce contentum fuisse; quippe quod maximam in eo quæsiverint Israëlitæ gloriam, ut שְׁמֵן (υπαρχει οντα) salutarentur (Cant. I, 4. Ps. LXXIII, 1.); unde & יְהוָה (b), nomen populi Israëlitici proprium

z) Cfr. J. H. HOTTINGERUS l. c. p. 529 & WOLFUS l. c. Tom. II. p. 219.

a) Cfr. LOWTH l. c. p. 72 seqq.

b) Cfr. JOH. SIMONIS *Onomasticum V. Test.* p. 351.

priam deductum volunt haud pauci (c). --- Nulli itaque dubitamus, quia admisra radice יִשׁ, choreis, rebus serie dispositis canere, nostram faciamus eorum sententiam (d), qui, duce Versione Syr. Simplici (Peschito), יְמַעֲדֵב בָּשָׂר habente, Sepher Hajaschar per librum Hymnorum s. carminum explicant. Præterquam enim quod huic sententiæ vel inde robur accedit, quod Chaldaeus סְפִיר הַיּוֹם (poëticam) interpretetur; neque silentio prætereundum est, peregrinæ illa, in V. Test. occurrentia, libri hujus fragmina, sublimem poëticum utique sapere genium. Solennibus enim Josuæ votis (Jof. X. 12.), quis unquam nisi poëseos Asiaticæ, ingeniique heroici (e) igna-

c) Ab hac, Herderiana, explicatione haud multum ablutit ILGEN (Cfr. Exeg. Handb. d. Alt. Test. Erst. St. p. 55 sqq. ibidemque memoratum programma Ejus de Imbre lapideo & solis & Lunæ mora inter pugnam Israeliticam sub Josuæ auspiciis cum Amorrais.) qui, coll. Arab. يَسُرْ alea fuit aut eductis e loculo sagittis fortitus fuit, סְפִיר הַיּוֹם per Anthologiam facta memorabilia hero. um, sine discrimine, & quasi forte disposita, continentem explicat. Sed artificiosem hancce interpretandi rationem ninius longe petitam esse facile patet.

d) Favent huic sententiæ: LOWTH (l. c. p. 470 sqq.) EICHHORN (Einl. ins Alt. Test. II Tom. p. 446 sqq.); MICHAELIS; DATHE; HEZEL; (in versionibus suis) cet.

e) Votum Agamemnonis apud HOMERUM Il. B. v. 412 sqq. conferre meretnr ad locum laudatum Josuæ;